




**Tabula Magellanica, qua Terrae del Fuego, cum celeberrimis
fretis a F. Magellano et I. Le Maire detectis novissima et
accuratissima descriptio exhibetur.**

<https://hdl.handle.net/1874/430104>

MAR DEL
ZUR
MARE
PACIFICUM.



TABVLA MAGELLANICA,
quã Tierrã del fuego, cum celeberrimis fretis a
F. Magellano et I. Le Maire detectis novissima et
accuratissima descriptio exhibetur.

MAR DEL
NORT.



NOBILI ET MAGNIFICO VIRO,
D. CONSTANTINO HVGENIO
EQVITI, DOMINO IN ZVYLICHEM, ET
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AVRAICO A SECRETIS.
Hanc exactissimam Terræ Magellanicæ descriptionem
dedicat *Guilhelmus Blaeu.*

- Notarum explicatio
- a. S. Bartholome, Kraijck
 - b. S. Jorgina, Grotewiel
 - c. S. Jorgina, Grotewiel
 - d. S. Jorgina, Grotewiel
 - e. S. Jorgina, Grotewiel
 - f. S. Jorgina, Grotewiel
 - g. S. Jorgina, Grotewiel
 - h. S. Jorgina, Grotewiel
 - i. S. Jorgina, Grotewiel
 - k. S. Jorgina, Grotewiel
 - l. S. Jorgina, Grotewiel
 - m. S. Jorgina, Grotewiel
 - n. S. Jorgina, Grotewiel
 - o. S. Jorgina, Grotewiel
 - p. S. Jorgina, Grotewiel
 - q. S. Jorgina, Grotewiel
 - r. S. Jorgina, Grotewiel
 - s. S. Jorgina, Grotewiel
 - t. S. Jorgina, Grotewiel
 - u. S. Jorgina, Grotewiel
 - v. S. Jorgina, Grotewiel
 - w. S. Jorgina, Grotewiel
 - x. S. Jorgina, Grotewiel
 - y. S. Jorgina, Grotewiel
 - z. S. Jorgina, Grotewiel



I. de Diego Ramirez

MAGELLANICA

NOVVM
MARE AVSTRALE.

FRETUM LE MAIRE.

bunc usque diem Fretum, per quod è mari Septentrionali in mare del Zur, sive Australe delati sumus, postquam supra Fretum Magellanicum & annexas ei insulas, in altitudine grad. 55 & 59 minorum: atque hic mare Septentrionale cum Australi concurrere faciliori ac breviori via, quam per Fretum Magellanicum; insuper affirmantes, ignorare nos, hanc viam aliis ante nos innotuisse, ideoque primos nos insulis tribus in mari jacentibus versus Euronotum, si Americam respicias, indidisse nomina Ordinum, Mauriti, & Barneveltii; Fretum ipsum appellavisse Fretum Iacobile Maire: ideoque jure meritoque nos in Fretum ac mare istud insulasque possessionis ac prerogative titulum nobis vendicare, idque nomine potentissimorum Ordinum generalium, & Principis Mauriti. In cujus rei fidem nos manu propria hisce literis subscripsimus. Actum in navi Concordia.

Iacobus le Maire Præfectus.

Wilhelmus Cornelii Schouten Navarchus.


Iohannes Theodori Hornanus, Gubernator primarius navis *Hornæ*.

Conradus Theodori ab Oosterblocker secundus à Gubernatore ejusdem navis.

Nicolaus Petri ab Oosthuysen Gubernator *Concordiæ*.

Cornelius Kinerz à Ryssdam secundus à Gubernatore *Concordiæ*.

Postquam vero ad Regem Hispaniarum perlatum esset, de Fretum hoc, & rem ita se habere ex fide dignis autoribus accepisset, duas Lisbonæ naves adornari jussit, instructas viris 60 & commeatu in biennium, omniumque apparatu bellico, quas ad explorandum Freti hujus novi situm misit, postquam gubernatores & naucleros Hollandos, inter quos fuit quidam Iohannes de Witte Amsterdamentis, sibi ad eam rem comparavisset. Solvebant hæ naves mense Octob. anno 1618 è portu Lisbonensi, duce Iohanne de More, cui hoc specialiter mandatum, ut diligenter attenderet, num qua ratione aditus ac transitus hujus Freti extructis in littore utroque munimentis intercludi aliis possent. Ille itaque lecto Brasiliæ littore, ac prætervectus Fretum Magellanicum, ad Fretum *Le Maire* pervenit, cujus situm talem deprehenderunt, qualem in Tabulis Geographicis de hac navigatione editis, ac præsentibus quoque Tabula videre est. Hoc solum discrimine, quod non eam illi esse latitudinem, quæ in tabulis annotatur, affirmarent. De longitudine Freti, nempe eam esse septem miliarium, idem attestabantur.



FRETUM MAGELLANICUM.

gum deprehendens. ideoque lustratis littorum sinibus, diverticulis, canalibus, etiam conscendens montium jugis, non nisi avulsas à se invicem & disjunctas terras conspexit. Superato dehinc Fretum versus *Cabo Verde* contendit, hinc in Hispaniam, ubi egregius illum muneribus decoravit Hispaniarum Rex, qui ejusdem Petri Sarmiento rogatu classem instrui jussit, sub *Diego Flores de Baldez*, ad muniendas propugnaculis Freti hujus angustias. Anno 1581 Rex Hispaniarum eo misit naves viginti tres, unâ cum viris 2000, ac novo Chiles Præfecto, militibusque 500, duce *Diego Flores de Baldez* ad propugnaculorum in Fretum hoc munitionem, quibus Sarmiento gubernatoris titulo imperaret. Verum annus & ultra excurrerat, priusquam in Fretum perveniret, bis terve in fluvio de *Genero* moratus, & amissis naufragio aliquot navibus.

Eodem quoque Thomam Candisch propulit gloriæ studium. Is *Plymoutio* solvens 21 Junii anno 1587 tribus cum navibus, die Januarii tertio ad *Cabo de Virgines* pervenit. Sexto vero die Fretum occupavit, septemque mensum spacio tempestatibus variis ventisque adversis jactatus in mare Pacificum pervenit. Inde in Philippinas Insulas, inde in Angliam. Adem anno 1591, idem iter repetiturus, circa littora Brasiliæ aliquandiu grassatus fuit, vastatisque aliquot oppidulis in altum vectus anno 1592 recta Fretum petiit, & post crebras tempestates, ostium conscendit 8 Aprilis; at 14 primas freti angustias, 16 alteras superavit, quæ decem à prioribus distant leucis. Decimo octavo ad promontorium *Froward* delatus in altitudine graduum 53 cum dimidio stetit. Vigesimo primo tempestatum vis eum retrufit in angustias quasdam, quatuor à promontorio Freti Australi leucis, quo loci ad 15 usque Maji diem mansit, summa anno næ inopia, conchyliisque & herbis marinis victitans. Cumque jam post plurimas molestias ad promontorium *Desiderado* pervenisset, imo mare Australe teneret, tempestatibus repulsum fuit, ac retrogrado cursu anno 1595 in Brasiliam appulit.

Post hunc & alii Fretum hoc emensi sunt, Simon de Cordes, Olivarius de Noort, & postremus omnium Georgius Spilbergius.

FRETUM LE MAIRE.



Nno vero 1615 mense Junio Texelâ solverunt *Isaacus le Maire* & *Wilhelmus C. Schouten*, instituto versus terras Australes cursu, qui 7 Decembris in *Porto Desire* appulerunt, conspectisque 18 Jan. 1616 insulis *Sebaldi*, altit. 51 graduum, ulterius perrexerunt. Objecta 24 die oculis tellus, quæ res in causa fuit, quod versus Euronotum Orientalem tenderent. Tandem propius ad littus accedentes fretum ac canalium observarunt, è quo magno æstu ac impetu ferebantur aquæ, usque adeo, ut maris fluctus navis rostra subinde obtegerent. A meridie ad ipsum Fretum porro navigaverunt: postero die summo mane, sereno cælo, ipsum canalium conscenderunt, primum Austrum versus, mox in Zephyronotum, denique rursus in Austrum obliquato cursu. Hinc inde ab utraque telluris ripa loca montibus & rupibus aspera ac prærupta conspexerunt. In ipso Fretum perpendiculo nauticam altitudinem maris deprehenderunt orguiarum 50. Et sic ob inventum hoc magno navigantium commodo Fretum, gaudio perfusi, Deo gratias egere. Mox de communi sententiâ terram, quam Occidentali parte viderant *Mauriti de Nassau* nomine insigniverunt; at quæ ad Orientem erat, *Seasen-land*, Ordinum terra dicta fuit. Multum aquis ulvæ ac musci innatabat, multi conspiciantur Pinguines, Phocæ, Balænarum ingens multitudo, cum in ipso Freti aditu, tum in ipsis Freti angustias, ac mari Australi. In terra de *Mauriti* nomine appellata montes viderunt operosos nivibus. Verum Ordinum tellus graminea tota virensque videbatur. Altitudine erant grad. 55 & 36 minorum. A parte proræ ingruiebant decumani, & aquæ color antè hac ob vadum turbulentior, cæruleum colorem induere incipiebat. Insulas conspicati in altit. grad. 57½, nomen iis *Barneveltii*, Ordinum Hollandiæ Advocati, viri de patria sua præclare meriti, ideoque immortalis nomine digni, indiderunt. Fretum recens inventum à Præfecti nomine *Le Maire* appellatum fuit. Cui in æternam memoriam Senatus Nauticus hoc scriptum exaravit, omnium manu signatum.

In nomine Dei Opt. Max. Creatoris cæli ac terre, omniumque bonorum datoris munificentissimi, ac conservatoris clementissimi, ad cujus gloriam ac sempiternam laudem actionum omnium nostrarum auspicia, progressus ac fines dirigi oportet. Quum regionum omnium, provinciarum, ac rerum publicarum, quarum potissimum ex transmarinis commerciis & negotiationibus pendet felicitas, summopere intersit, ut navigationum in incognitas antehac re. ras inclarerant, & hac ratione imperio suo robur majestatemque addant: Nos infra scripti omnes & singuli omnibus & singulis presentes literas inspecturis notum facimus, nos anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, mense Januario (postquam *Hornæ* solvissemus duabus navibus, quarum una *Concordia*, altera *Hornæ* dicta fuit, idque auspiciis & mandato Illustriss. Ord. Generalium, & Illustriss. Principis *Mauriti*, ductu & moderamine *Iacobi le Maire* Præfecti, & *Wilhelmi Schouten* Navarchi, ad explorandas, ac detegendas terras Australes) tandem post longa jactationis tædia, & maris discrimina, detexisse ac transivisse ignotum in

AMERICA.

N

bunc